

Opus inchoabile est id quo primum intelligimus

Aristotelis

Folio lxxiii.

64

et intelligibilis est id quo primario intelligimus. Et
 eam spem intelligibilis potest esse aliquid secundario intellectu.
 Prima pars probat quatuor rationibus. prima scilicet in hoc. Sicut
 se habet spes sensibilis ad sensum ita se habet spes intelli-
 gibilis ad intellectum. sed spes sensibilis est id quo cognosci-
 mus sensibile et non id quo sentimus. Et etiam spes intelligi-
 bilis est in quo intelligimus et non id quo intelligimus. Secunda
 pars est quod illa intelligimus de quibus scimus. sed mani-
 festum est quod scire sunt de rebus intellectis et non de speciebus in-
 telligibilibus. Et etiam intelligimus res extra animam et non
 spes intelligibiles. Tercia pars est nota. quod scire est habitus
 intellectus. Quarta pars est de illis scia quibus que-
 rimus passionem considerate in tali scientia. sed passionem
 realem contingunt rebus extra animam existentibus. Et de illis scire
 scire. Tercia pars est. si spes intelligibilis est id quo intelli-
 gitur. et spes sensibilis id quo sentitur. Et omne quod apparet
 esse verum. quod potest iudicari de illa passione (quod apud
 se habere) diceret verum. et sic per contradictionem sunt vera.
 Exempli gratia. si spes saporis est id quo sapit et idem ci-
 bus esset dulcis et amarum. quod habet linguam infectam habet
 spem amarum de cibo. et habet linguam sanam habet spem
 dulcem de cibo. si ergo spes est id quo sentitur. et id est dul-
 ce et amarum quod implicat contradictionem. Quarta pars ad
 idem est. Quis actio fit per aliquam formam que est principi-
 um quo res agit per quam formam habet similitudinem ad obiec-
 tum. sed intellectus agit actione immanente. Et habet formam
 per quam agit per quam forma non est id quo agit. Quarta pars per
 similitudinem in actione transcurrentibus. sicut in igne est forma
 per quam ignis agit in aqua et non est id quo agit. Et sic
 similitudinem ad id quo agit. Et etiam per opinionem antiquo-
 rum dicentium sicut a similitudine cognoscitur quod est verum de simi-
 tudine accepta per spem intelligibilem quo ad intellectu-
 m et per spem sensibilem quo ad sensum. Secunda pars probat
 quia actus procedens ab aliqua potentia necessario
 procedit ab illa per aliquam formam mediam que est principi-
 um agendi in alterum. sed intellectus habet aliquem ac-
 tum ergo potest esse cognitione talis actus pervenire ad
 cognoscendum spem intelligibilem que est principium illius
 actus. sicut ergo dictum est quod habitus cognoscitur
 ex actu. ita etiam dicitur esse de specie intelligibilis quod cog-
 noscitur ex actu. et sic species intelligibiles potest esse a-
 liquod secundario intellectum

Arguitur intellectus in actu et intellectum idem sunt
 sed nihil est idem intellectui nisi spes intelligibilis. Et spe-
 cies intelligibilis est id quod intelligitur. Sed dicitur ad mi-
 noris quod aliquid est dupliciter idem intellectu. uno modo subiecte
 et ydem per accidens. quod scilicet est idem intellectu si-
 cut accidens suo subiecto et sic est verum quod species intelli-
 gibilis est eadem intellectu. Alio modo aliquid est idem in-
 tellectui secundum proportionem vel analogiam. et sic etiam res in-
 tellecta est eadem intellectu. quod intellectus habens in
 se spem intelligibilem habet similitudinem vel propor-
 tionem cum re intellecta. Simile posset dici de imagine
 regis in pariete que ymago regis est eadem numero ac-
 cidens ipsi parieti. sed est eadem regi secundum proportionem
 quod proportionant figure et magnitudinem regis

Arguitur intellectum in actu debere habere esse. quia
 debet mouere intellectum et illud necessario habet esse. sed
 intellectum in actu non habet esse. quod nihil habet esse a p-
 te rei est esse sed nihil cognoscitur per intellectum nisi esse
 igitur etc. Dicendum quod intellectum id est res intellectu-
 ta est a parte rei sicut pars de homine et de asino. sed quod

additur intellectum in actu ibi denotat abstractionem que
 ex preintellectu. Per hoc ergo dicitur esse ad primam par-
 tem assumptam scilicet quod oportet intellectum id est rem intelec-
 tam esse in actu distinguendo. quod vel sic intelligitur quod oportet
 ipsum esse a parte rei in actu absolute. et sic est verum vel sic in-
 telligitur quod oportet ipsum intellectum esse eo modo quo actu in-
 telligitur et sic est falsum. quia non est eo modo a parte rei
 sicut sensibile non est a parte rei eo modo quo sentitur. vel
 pater de colore. color enim est a parte rei. cum odore. saporis
 re et cum duricie sic autem non sentitur a visu cum illis qualitatibus
 sed solus color. sic etiam est de intellectu quia quate homo
 modo sit a parte rei secundum conditiones materiales que sunt
 hic et nunc. tamen homo intelligitur secundum quod est abstrac-
 tus ab illis conditionibus materialibus. quod intellectus re-
 cipit formam ab his conditionibus materie

Arguitur obiectum debet precedere ipsam potentiam
 et mouere ipsam. ergo obiectum debet esse a parte rei.

Dicendum quod necesse est potentiam passivam qual-
 est intellectus possibile moueri ab aliquo obiecto per
 illud. sed non oportet quod obiectum persistat illo modo quod
 mouet. sicut patet de visu. quia oportet colorem persistere
 in parte rei antequam cognoscatur per visum. sed non
 oportet quod color persistat eo modo quo visum mouet
 ut dictum est

Arguitur primo peribermetas dicitur quod voces
 sunt signa passionum anime sed passiones anime sunt
 species intelligibiles. ergo voces significant species in-
 telligibiles. sed hoc intelligitur quod per vocem signifi-
 ficatur. ergo etc.

Dicendum quod passio capitur dupli-
 citer. uno modo ut passio significat speciem intelli-
 gibilem. et sic positum est simpliciter falsa. scilicet quod voces
 sunt signa passionum. quia tunc omnis vox significa-
 ret accidens cum species intelligibilis sit accidens. Alio
 modo accipitur passio pro re intellecta siue concep-
 ta. et sic est verum quod voces sunt signa passionum. id est
 rerum conceptarum. Et vocat Aristoteles res conce-
 ptas passiones contra Platonem. qui dixit scientias
 esse nobis concretas. et sic non aduenirent res intelli-
 gibilis ab extrinseco. quod est de ratione passionis. Si au-
 tem queratur quid significant voces. Dicendum quod
 scilicet rem conceptam id est verbum intelligibile quod
 nihil aliud est quam res concepta intelligibiliter apud in-
 tellectum. et non est species intelligibilis nisi forsan secundum
 proportionem vel analogiam. et hoc est verbum quo
 significatur per voces

Noniam autem sicut in omni natura est
 aliquid hoc quidem materia vnicuique
 generi. hoc autem est potentia omnia illa
 Alterum autem causa et factum quod in faciendo
 omnia. ut ars ad materiam sustinuit. necesse est
 in anima has esse differentias. Et est intellectus
 hic quidem talis in omnia fieri. ille vero in omnia
 facere. sicut habitus quidem et sicut lumen. quod
 dam enim modo et lumen facit potentia quod
 lozes actu colores